

expone del modo siguiente: «*Prima sententia* affirmat peccare graviter, et hanc tenent Sanch., Pal., etc., cum Conc. et Perez. Ratio, quia nullo jure concessum est ordini sacro sponsalia dirimere, sicut est datum statui religioso, imo ipsum jus prohibet ordinari in *p̄ prejudicium alterius*: habetur ex cap. unic. de *oblig.* ad *ratioc.* non *ordin.*

»*Secunda vero sententia* non minus probabilis negat, eamque tenent Pont., Nav., Conc., etc. Ratio, quia in promissione sponsalium inhibita semper est conditio nisi melior status eligatur; æquum enim non est, ut ad serviendum creaturæ impediatur status Creatori se dicandi. Nec obstat textus oppositus, nam ibi non tam consideratur *p̄ prejudicium tertii*, quam infamia Ecclesiæ, ut ibidem exprimitur; præterquamquod in nostro casu nulli insertur *p̄ prejudicium*, cum sponsus utatur jure suo. Idque videtur confirmari ex eadem Extravag. supra citata, ubi tantum prohibetur suscipere ordines sacros post matrimonium contractum, non autem post sponsalia.»

2918. 8.º En el núm. 872 pregunta el Santo Doctor si la recepción de los órdenes menores es causa bastante para disolver los espousales, y responde del modo siguiente:

«*Prima sententia* affirmat, quam tenent Roncag., Spor., etc., tum quia talis est mutatio sponsi dum minoribus initiatur, ut merito judicetur noluisse sponsa se obligare ad nuptias cum eo contrahendas; tum quia censetur sponsus cedere juri suo, cum suscipiat statum qui ordinatur ad ordines mayores incompositiles cum matrimonio. *Secunda tamen sententia* communior et verior negat, et hanc tenent Sanch., cum Palud., etc. Ratio, quia revera status ordinum minorum per se non est incompositilis cum matrimonio, cum quis bene possit fieri clericus conjugatus, ut patet ex cap. 1 et 2, *De cleric. conjug.*»

Respeto la opinión del Santo Doctor, pero no me atrevería á obligar á una joven á que cumpliese los espousales contraídos con un joven, si éste después, sin contar con ella para nada, recibiese la prima tonsura y los órdenes menores. He aquí las palabras de Escriche, en el lugar poco antes citado, hablando de las causas por que se disuelven los espousales: «4.º Por recibir órdenes mayores el esposo, en razón del voto solemne de castidad que va inherente á ellos, cap. unic. de *voto in 6*; pero por los órdenes menores queda libre la esposa, y el esposo permanece obligado mientras no reciba orden sagrado, según opinión común de los canonistas.»

2919. 9.º Hay una gran cuestión sobre si el voto perpetuo simple de castidad posterior á los espousales los disuelve. San Ligorio la trata en el lib. 6, núm. 873, *dubit.* 1, y expone los autores que defienden que no se disuelven los espousales, cuando el voto perpetuo de castidad se hace después de ellos, á saber: Nav., Laym., Pal., Cabasuc., Roncag., Holzman., Spor., Viva, Sanch., S. Antonin., Arm., Silv., Card., Tol., Conc., Hurt., Fil., Reb., Bec., fundados en que: «Ratio, quia Deus non acceptat promissionem rei alteri promissæ, et ab eo acceptatæ, nec ullo jure haberetur, quod sponsalia per hæc vota dirimantur.»

Después pone la segunda sentencia, que afirma que los espousales se disuelven por el voto simple perpetuo de castidad, que se hace después de ellos, «et hanc tenent Pont., Suar., etc. Sanchez, qui vocat probabilissimam, et communiter probabilitem vocant, et tutam Salm., Pal., etc., eamque absolute docet D. Thom., Suppl., q. 53, art. 1 ad 1.º *Ratio* S. Doctoris est, quia ubi duæ concurrunt obligationes, *potior* est *præfrenda*. Ratio alia, quam communius tradunt est, quia promissio sponsalium censetur semper facta sub condi-

tione nisi melior status eligatur. Idque valere dicunt, etiamsi sponsalia fuerint jurata; quia (ut pluries supra dictum est) juramentum sequitur naturam contractus. Et adest etiam de hoc *decisio* S. C. Concilii apud Pitton. *De matrim.*, num. 2513, edita 5.º, Martii anno 1701, ubi dictum fuit votum castitatis, aut suscipiendo sacros ordines, per electionem melioris status *irritare* sponsalia etiam juramento firmata.»

El doctísimo Silvio, en el *Suplemento* de la 3.ª parte de Santo Tomás, q. 53, al fin del art. 3, concluye así: «Quapropter, cum majus sit vinculum voti quam promissionis homini factæ, etiamsi juramento confirmaretur, cumque in sponsalibus intelligatur, nisi contingat notabilis mutatio vitæ in melius; post Beatum Thomam, q. 53, art. 1 ad 1.º Ric. Dominic. dicendum existimamus, quod votum simplex sponsalibus superveniens ea dirimat, ut proinde simul ac alter id intellexerit, possit cum alio inire sponsalia. Si vovens trahatur in judicium, debet absolves; neque potest ad religionem cogi, quasi hac sola via possit evadere matrimonium. Quod si condemnaretur, non esset in conscientia obligatus parere.»

No me detengo más en citar autores y razones sobre esta controversia, porque estoy convencido de que, mientras el Papa no decida *in terminis* la dificultad, cada uno abundará en su sentido. San Ligorio, y lo mismo los Salmaticenses (tract. IX *De matrim.*, cap. 2, punct. 2, num. 35) concluyen diciendo que *utraque sententia est probabilis*; pero añade San Ligorio que cualquiera de las dos opiniones que se acepte, «recte inquit Concina, num. 10, quod si sponsus votum ederet, ut sponsam eluderet, scilicet, petendo dispensationem post votum ut alteri nuberet, tunc gravior peccaret, et priora sponsalia deberet implere. Item *probabilius* dicunt Salmant. cum Reb. et Aversa, quod

etiamsi sine animo eludendi sponsus voverit castitatem, si *postea* obtineat dispensationem voti, non poterit aliam ducere, quia prior obligatio non omnino extinguitur, sed tantum suspenditur, donec castitas servatur; sed non omnino improbabiliter Bon. et Sanch. id negant, quia per votum priora sponsalia omnino solvuntur; unde cum obligatio illa omnino sit extinta, per dispensationem voti non reviviscit; et huic consentit etiam Concina, quamvis addat teneri de honestate sponsum ducere despontata, ut scandala et murmur vitentur.»

10. El décimo caso en que los espousales se pueden dirimir por la parte inocente, es cuando por culpa de la otra sobrevino un impedimento dirimente para el matrimonio; de modo que, según San Ligorio, convienen todos en que la parte inculpable no está obligada á admitir dispensa del impedimento, y basta la sola fama del crimen de la otra parte para que la parte inocente pueda disolver los espousales, ex cap. *Cum in tua 27, De spons.*, et cap. *Super eo 2, De consanguin.*, ubi: *Si non est manifestum, fama tamen loci hoc habet, etc.*; porque, como dice el Santo (lib. 6, número 857), no basta el solo *rumor*, esto es, «cuando adest opinio impedimenti apud minorem partem vicinæ», sino que se necesita la fama, la cual es «opinio impedimenti apud majorem partem vicinæ.» Pondré un ejemplo: Juan, después de haber contraído espousales con Antonia, fué infamado de haber tenido cónyuge con María, hermana de aquella, originándose de este crimen el impedimento dirimente de afinidad.

2920. Se pregunta: siendo sentencia cierta que Antonia, en el caso anterior, queda libre de la obligación de los espousales, por ser ella inculpable, ¿lo queda también Juan, que por su crimen causó el impedimento?

R. Aunque algunos autores han dicho que, siendo ya imposible el

matrimonio por ese impedimento, lo mismo quedaba libre el culpable que el inocente, San Ligorio dice que en ese caso se suspende la obligación de los esponsales por parte del criminal hasta que se obtenga la dispensa del impedimento. En orden á los gastos que está obligado á hacer para obtener la dispensa el que con su pecado causó el impedimento, hay opiniones. San Ligorio dice: «Alii demum *probabilis*, ut Sanchez, Viva, Wigandt, Bonacina cum Gutierrez, et Sporer (cum communi, ut asserit) dicunt «teneri quidem, etiam secluso damno illato, si dispensatio facile possit impetrari; secus, si ad eam requirentur magna expensæ et longa mora;» quia obligatio orta ex sponsalibus urget sponsum ad apponenda media tantum ordinaria et facilia, non autem difficilia et extraordinaaria. Excipit tamen Sporer cum Tamburini, nisi esset reparandum *damnun deflorationis vel famæ*, ut supra; quia tunc teneretur etiam magnam expensam erogare; sed non tantam, ut eogeretur a suo statu decidere.» Hasta aquí San Ligorio, lib. 6, al fin del núm. 858.

2921. II. Otro de los motivos por que se pueden dirimir los esponsales, es cuando por una de las partes sobrevino á ellos una notable mudanza. Voy á copiar las palabras de Busembau, con las notas de San Ligorio (lib. 6, núm. 863): «Si *notabilis mutatio* accidat, vel detegatur, quæ si a principio cognita fuisset, a sponsalibus deterruisset (ita communiter Sanch., Pont., etc.; et hoc procedere ait Viva, etiamsi intervenerit copula, tunc enim sufficit *damnum compensare*; qualis esset, v. gr.: I, inimicitia, vel odium grave inter sponsos; quo refertur morum asperitas, vel saevitia post sponsalia primum cognita; item justus timor, ne ex matrimonio scandala, et gravia odia nascantur inter parentes, vel consanguineos. Laym., Bonac., etc.—II. Si

alteruter incidat in lepram, paralysim, morbum gallicum, etc.; si graviter mutiletur, ut amissione oculi, nasi, vel aliter graviter deformetur, præsertim sponsa; vel sponsus reddatur ineptus ad opificium exercendum, vel acquirendum officium ad sustentationem familiæ necessarium; Diana, Sanchez, etc. Ita communiter omnes cum Div. Thom., *Suppl.*, q. 43, art. 3. Et hoc etiamsi non adsit certitudo de tali defectu, sed sola (vehemens tamen sive prudens) suspicio, ut Pont. et Pal. Non tamen tenetur sponsæ aperire tales defectus, qui reddat nuptias minus quidem appetibles, non tamen perniciosas, præsertim si aliquam infamiam habeant adjunctam (v. gr., si sponsa vi vel sponte fuisset corrupta), dummodo tamen contrarium positive verbo factove non simulet; potestque interrogata licite dissimulare, et contrahere matrimonium. Si vero defectus sint perniciosi, v. gr., morbus contagiosus, gravis infamia, sive personalis, sive generis, aut familiæ, non licet, etiamsi post sponsalia contracta in eos inciderit, contrahere cum eorum ignaro, nisi similes defectus ipse patiatur; Con., Pont., Dian., p. 5, tom. 4, resol. 28, ubi ex Con., et Salm., contra Pont., Nav., etc., infert, sponsam post sponsalia corruptam posse sponsum defectus istius occulti ignarum cogere ad standum sponsalibus, et contrahendum matrimonium.—III. Si magna alterius debita detegantur, vel grave sit periculum fortunarum, famæ, morbi, paupertatis, etc.; vel sponsa dotem promissam afferre nequeat, vel denique si sponsus incipiat vagari cum incommodo sponsæ; Bon. (item Spor., num. 282, Sanch., lib. 1, disp. 59, num. 2 et 4, etc., sive dos, ut ajunt, sit promissa, sive non. Et idem dicunt Spor., et Pont., si timeatur pater filium exhaeredatus). Quod si autem defectu sponsæ detecto, dubitet sponsus, an si eum ab initio co-

gnovisset, contracturus fuisset, tunc si defectus ille censeatur gravis ac notabilis, præsumetur pro sposo, cui liberum erit resilire; Sanchez, Bon., Tann., tom. 1, lib. 1, dist. 65, secus si defectus sit levis: Bard., lib. 9, cap. 11, part. 7.»

San Ligorio á continuación, después de explicar más ampliamente las palabras de Busembau, dice que si la desposada hubiese quedado embarazada de la cópula tenida con otro, debería, ó manifestar su fragilidad, ó abstenerse del matrimonio; y también creo que debería hacer lo mismo si hubiese fundada probabilidad de que, celebrado el matrimonio, se habían de publicar los defectos suyos, infernándose el matrimonio con las discordias é irritación del marido, como dicen Sanchez, los Salmaticenses, Roncaglia, Croix, Palao, Navarro, etc.; y aunque San Ligorio opina que la caridad no obliga á tanto á la mujer, el Santo no lo afirma, y confieso que á mí no me parece suficientemente probable.

2922. 12. Creo conveniente añadir que, además de las causas que ponen Santo Tomás y San Ligorio, se han de entender otras que sean semejantes; y así Bouvier (*De matrim.*, cap. 3, *De dissol. sponsalium*, art. 3, *quær. 3*) entre las causas suficientes para disolver los esponsales por una y otra parte, pone las siguientes: 1.^a *Gravis olenia oris*; porque realmente algunas personas tienen el aliento tan pestífero, que es intolerable. 2.^a Si alguno de los dos hubiese obtenido alguna pingüe herencia, ó le hubiese caído la lotería; en cuyo caso dice San Ligorio: «Si sponso *nova superveniat hæreditas*, ita ut illi sponsa jam sit inæqualis, non habet ideo jus resilendi: quia non est deceptus in conditione sponsæ, in qua nulla facta est mutatio. Idem est de sponsa, si ipsi hæreditas nova superveniat. Sanchez, Concina, Regin., Dian., part. 3, tom. 4, resol. 286.

»Ita cum Busemb. sentiunt communissime Pal., Sanch., Conc., etc. Sed contradicunt Hurt., Trull., Leand. et Ochagav. apud eundem Escob., num. 304 (qui probable putat), eo quod in tali casu jam accedit notabilis rerum mutatio. Juxta autem primam sententiam dicit Croix, num. 160, quod si quis contraxit sponsalia cum una, et postea offeratur ei conjugium cum altera ditiore, non poterit primam relinquere, quia tunc nulla in ea facta est mutatio. Sed si qualitas secundæ sponsæ esset excedenter melior, ego non auderem sponsum omnino damnare, si cum illa contrahere vellet; licet enim in hoc casu non mutetur status sponsæ, sive sponsalium, tamen (ut communiter dicunt doctores) sponsalia non obligant nisi rebus in eodem statu manentibus: unde sicut non teneretur sponsus illa exequi cum magno suo damno, ita nec teneri, alicui videri posset, cum amissione magni lucri; talis enim amissio gravi damno æquiparatur, ex leg. unic., cap. *De sentent. quæ pro eo*, etc., juxta dicta, tom. 1, lib. 3, num. 301. Et sic invenio in vita S. Joannis a Capistrano, cap. 9, sensisse plures theologos in hujusmodi casu, quamvis ipse S. Joannes contrariæ fuerit sententiæ, a qua revera abscedere nec unquam ego consulere auderem.»

2923. 13. P. Cuando uno de los esposos se marcha sin dar parte al otro, ¿puede esta parte disolver los esponsales?

R. El Compendio Salmaticense (*De matrim.*, tract. XXXIV, cap. 1, punct. 5, núm. 39) responde así á la siguiente pregunta: «Cur per nimiam dilationem, aut longinquam absentiam dissolvantur sponsalia?—R. Dissolvi, quia sic se gerens censemur renuntiare juri sponsalium. Nec altera pars tenetur diu expectare. Nam licet leges civiles dicant debere expectare sponsam per biennium aut triennium sponsum recedentem a provincia;

quoad hoc correctæ sunt jure canonico. Unde nisi dilatio nimia, aut absentia fiat ex consensu alterius partis, vel recessus sit in propinquum cum spe redditus, potest alia pars cui voluerit nubere de consilio viri prudentis, aut ex judicis decisione si sponsalia fuere publica. Nota, quod quoties adsit causa dissolvendi sponsalia, esto sint jurata, nulla requiritur relaxatio juramenti, quia hoc sequitur naturam principalis.* Hoy no son válidos en España los esponsales celebrados sin escritura pública. (Véase el número 2903.)*

Por último, como esta materia es tan importante, y ocurre con frecuencia, voy á copiar lo que dice el muy docto Vecchiotti (cap. 1, *De sponsalibus*, § 24): «In causa autem particulari quænam mutatio supervenient, aut circumstantiæ detectæ sponsalia dissolvant, legitimus judex pronuntiabit.

Notandum tamen, ait Van Espen, *Jur. eccles. univers.* (part. 2, tit. 12, cap. 2), non sufficere ad solutionem sponsalium, quod superveniat aut degatur talis circumstantia, quæ si præscita fuisset, sponsalia non inita fuissent, quia certum est multa posse sufficere, ut contractus nondum initus iniri non deberet, nec iniri conveniret, quæ nullatenus tamen sufficiunt, ut contractum dissolvant, eo quod contractu nondum inito, plena sit libertas non contrahendi; quæ libertas non subest, postquam contractus fuit perfectus. Itaque ut judicetur, an ob supervenientem aut detectam aliquam circumstantiam sponsalia censeantur esse soluta, ipsique sponsi, aut alteruter eorum ab obligatione soluti, expendendum, an tales personæ secundum prudens judicium talibus verbis, et in talibus circumstantiis consensum antea datum censeantur exterrisse ad casum, quo talia superveniunt. Si censeantur ad ejus modi casum extendisse, sponsalia non solvuntur; si non censeantur ex-

tendisse, dicendum est quod solvantur.»

San Ligorio trata esta cuestión en el lib. 6, núm. 866; y después de referir las diversas opiniones de los autores, termina del modo siguiente: «Unde concludendum cum S. Antonin., Sanch. et Salmant., etc., quod semper ac sponsus discessit in propinquum locum, expectandum donec redeat; vel requiri debet sponsus, ut intra certum tempus accedat ad contrahendum matrimonio: quod si ille requisitus redditum justa ex causa differat, vel erit expectandum ad prudentis arbitrium, ut dicunt Roncag., Spor., Conc., etc., vel (quod securius est) causa est remittenda arbitrio judicis, qui, inspectis circumstantiis, vel admonebit sponsum ut redeat infra certum tempus, vel terminum determinabit (præsertim si ille longe abierit) post quem sponsa libera remaineat, ut dicunt Pontius, Roncaglia, Pal., Salm., etc. At idem docet Benedictus XIV, Notif. 46, num. 5, cum Anacl., etc., ac declarat Sacra Congregatio die 2 Octob. 1723, quæ pariter sic agendum respondit. Hæc autem procedunt, si in sponsalibus nullum fuerit tempus præfixum ad nuptias ineundas, nam si fuerit terminus assignatus, vide dicenda numero sequenti.»

14. Se pregunta: cuando los hijos contraen esponsales sin consentimiento de los padres, por esta sola razón, ¿son nulos?

R. San Ligorio, después de exporner las razones de los que dicen que son nulos, concluye así: que la opinión común afirma «quod sponsalia filiorum ex hoc solo capite quod sint inita sine consensu parentum, nequeunt irritari, quia eorum consensus non de necessitate, sed tantum de honestate a jure canonico requiritur. Excipiunt tamen, nisi magnum scandalum ex tali matrimonio timeatur, eo quod virtus justitiae non potest obligare ad actum qui sine peccato

impleri nequit; ita Laym., Nav., etc. Et hoc addit Sanch. cum Lop., vale-re etiamsi nulla sit disparitas inter contrahentes. Advertunt tamen ipse Sanch. et Holzm. caute considerandum esse hoc scandalum, sæpe enim (ut dicunt) minæ et discordiarum pericula jactantur quæ postea, teste experientia, ubi nuptiæ contractæ sunt, facile cessant et animi conciliantur. Sed redeundo ad quæsitum, ego censeo dicendum cum Roncag. qui citant Layman et Gutaier, quod si pater injuste dissentiat a tali matrimonio, filius non potest a sponsalibus recedere, et tam ipse quam pater peccarent, si vellent ea dissolvere. Secus vero si pater juste contradicat, nempe, si matrimonium vergeret in dedecus familiæ; tunc enim sponsalia illa non obligant, cum nemo possit obligari ad exequendam rem injustam. Et idem dicunt Laym. et Sanchez cum aliis communiter, si ex tali matrimonio magna scandalum sint oritura inter propinquos. Posse etiam (addit Roncag.) filium solvere sponsalia, si pater juste minetur exhæredationem: et ego subdo etiam injuste, quia omnia sponsalia intelligentur contrahi (ut diximus num. 863) sub hac condicione, si non accedat talis mutatio, unde grave sit contrahere matrimonium. Excipe nisi hæc exhæredatio jam fuerit prævisa, quia tunc contrahens merito censemur juri suo cessisse.»

2924. 15. P. Cuando, hechos unos esponsales válidos, el hombre sin justo motivo procede á contraer esponsales con otra mujer y tiene con ésta cónyuge carnal, ¿deberá cumplir los segundos esponsales, ó los primeros?

R. Esta cuestión la trata Benedicto XIV en la Institución 46, que compuso siendo arzobispo de Bolonia; y después de referir la doctrina corriente, declarada varias veces por la Sagrada Congregación, de que en los lugares donde está publicado el Tridentino los esponsales á los que se

sigue cónyuge carnal tenida affectu maritali, no pasan á ser matrimonio, presenta la cuestión actual, y dice así, transcribiendo la doctrina de Rossanén, arzobispo de Muscettola: * (Véase lo que se ha dicho en el número 2906 acerca de la cónyuge que sobreviene á los esponsales, en los lugares donde no rige el Tridentino.)

«Qui sapientia prædictus est, vel docendi munus profitetur, huic malo facile medebitur (Lambertini habla aquí del punible abuso que cometían muchos hombres que, después de haber dado esponsales á una mujer, sin justo motivo se comprometían con otra), cum libere ac tuto respondere possit eos infamia notari, qui primis sponsalibus adhuc integris, ad secunda tamen deveniant; eosdem lethali culpa inquinari; tandem si mulier quæ prima fidem accepit, promissionem servare velit, reliquas promissiones quæ deinde datae fuerunt, nullius momenti ac ponderis existimari probabit, licet in prima sponsione nullum jurisdictionum nulla copula admissa fuerit, et hæc in cæteris sponsionibus habeantur, si præsertim prima sponsalia non ignorentur, cum deinde jurisdictionum et copula intercessit. Ita sapienter expendit Rossanén, archiepiscopus Muscettola, in ea dissertatione quam super hac re conficit, quæ operibus insignis Præsulis Zaulli inserta fuit.»

Después de referir Lambertini la anterior doctrina, desciende á enumerar las dos opiniones contrarias: la de los que afirman que los primeros esponsales son válidos, y la de los que dicen que son válidos los segundos, habiendo sido acompañados de cónyuge subsiguiente. He aquí sus palabras: «Cum hæc ita sint, prima sponsalia secundis anteponenda tutissime prædicant. Alii tamen contrariam sententiam tuentur, et exemplum proferunt de merce aliqua duobus vendita: nam si in potestatem alicujus venerit, licet posterior ad ipsam emendam accesse-